



ONSILIVM

Sive iuris allegationes Reverendissimi in Christo patris D. Fernandi Loazi^j miseratio ne diuina Ilerdensis Episcopi ac Dertusensis electi. V.I. Doctoris, Super cōtrouersia oppidi à Mula, orta inter Illustris

simū Dōm à Velez Marchionē, Et illius subditos, super dicti oppidi dominio, atq; iurisdictione, cunctis principibus, cæterisq; oppidorum dominis admodum utiles ac necessariae. In quibus continetur, quæ & quo pacto Imperatores ac Reges, cæteri^q eiusmodi Principes ac domini, Vrbes, Ciuitates, Oppida, ac Castra, aliaq; id genus, sui regni imperijq; iura, à se suoq; patrimonio possunt abdicare: & alijs in sui, suorumq; successorum præiudicio, possunt conferre, largiri, atq; donare: seu quocunq; alio modo alienare. Et quo etiam pacto, talia acquirentes atq; possidentes, securi, tranquilloq; animo, his uti possunt atq; gaudere.



M E D I O L A N I
Excudebant Valerius ac fratres Metij.
M. D. LII.

C O L L . S O C . I E S V S A L M . E X D O N O R E G Y M



ILLVSTRISSIMO DOMINO,
L V D O V I C O F A G I A R D O
Contestanorum proregi , Marchioni à
Velez , Fernandus Loazius I. V.
Doctor, Ilerdensis Episcopus,
ac Dertusensis electus .
S. P. D.



V M superioribus diebus ex
tuis non solum literatum mo
numentis , sed familiaribus
etiam intelligerem verbis , for
tissime Marchio tuam procel
losis litium vndis amplitudi
nem acerbè exagitari : nec nō
multigenis brumalibus sive exe
crandorum discurtorum generibus perpetim pulsari :
tantamq; tuorum subditorum oppidi à Mula dister
minationum tempestatem , aduerso in dies ingruere si
dere : & quod acerbius cunctis , mihiq; liquido appa
ret , tecum iure minime agi : Summis ac luctuosis non
tangi animi cruciatibus haudquaquam potis fui :
tuum acerbum , aquilinis oculis contemplans infor
tunium . Quippe quod pro tot , tantisq; obsequijs ,
que tu amplissime Marchio , maioresq; tui , de longo
ac inclito semper nati stemmate , strenue ac ex animi
penetratibus rebus bellicis gestis , & alijs mille id genus
modis , nocturno diurnoq; labore , remis (vt perhibent)

A ij

M CONTROVERSIAE QVAEA
EX REI SERIE
ORIVNTVR.

EX qua rei serie Illustrissime Marchio, eiusmodi principales oriuntur controvrsiae, siue dubitationes.

PRIMA, An prædicta donatio præfati oppidi de Mula, per Serenissimum Regem Ioannem præfato Alphonso Iañes Faiardo vt præmissum est facta: ex potestatis defectu nulla existat. Cùm Princeps, ciuitates, oppida & castra, necnon alia quæcunq; regni sui iura, quæ de domino & corona regia existunt, alienare non valeat.

SECVNDA, Num talis donatio ex defectu solemnitatum nulla erit: eoquod per scripturam priuatam, absq; expressione & adiectione loci facta fuerit: & testium subscriptio, sigilliq; impressione, atq; munitione caruit. Et eoquod absq; consiliariorum regiorum, ciuitatumq; procuratorum consilio, contra illius regni iura, facta extitit.

TER TIA & vltima, Si demus præfatam donacionem minime valere: Vitum Illustrissima Dignatio vestra poterit se aliqua præscriptione iuuare, atq; tueri. Et ipsos alienatos ac fiscum à iure agendi excludere.

Et quia negare non possum, ut beatus ad Vincentium scribit Augustinus: & habetur in. c. Negare. ix. distinctione. Me prolixius quam debueram super hanc causam scripsisse: multaque dixisse, quae iusto postulant iudicio & absque temeritate culpari. Tamē quia ut Cicero inquit, Per difficile est, in longa oratione aliquādo nō deficere. Ideo oratum lectorem volo: si in hisce forsan tan aridis ac ieiunis lucubraciunculis, quippiam à recto veritatis tramite delirans inuenierit: Me imprimis ab omni librorum suppellestili spoliatum, alienigenaque peruagantem regna pensitet. Deinde mei ingenioli imbecillitati parcat. Quas etiam ea benevolentia ac germando animo, quo exaraui legat, rogito.

F I N I S.

M E D I O L A N I
Excudebant Valerius ac fratres Metij.
M. D. LII.

